brevi tempore duratura. Igitur breviter dico pacem eſſe factam et conceſſionem predictam supradicta forma et divisionem comitatuſ utriuſque civitatiſ certiſ finibuſ designatam super podium quod dicitur monsanense pro memoria rei geste et maiori infirmitate civitatiſ et presentibuſ episcopiſ abbatibuſ pluribuſ religiosiſ potestatibuſ tuscie civitatum comitatibuſ proceribuſ nobilibuſ et ad maiorem firmitatem teste Deo per quem omnia observare iuraverunt. sanctiſſimo Innocente papa omnia feliciter confirmante.

Recuperavit enim florentia ius suum neminem iniuste ledendo. Oppidum vero mortennanum dictum florentiae iurisdictionis Deum non timenſ nec hominem reverenſ quasi inata sidera mansit et parere dedignanſ florentinum spernebat examen iudex et executor